

dicam illi: pater peccavi in celum & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Pater autem cum vidisset humilitatem filii, & nimis inopia defusum, misericordia commotus est: pro filio humili occidit vitulum saginatum. Memento ergo fili quoniam Christus pro te mortuus est, qui ante fuerat vitulus saginatus. Filius autem illius major contristatus est. Quare occisus est Christus, qui erat vitulus saginatus? Pater autem illius corripiebat illum, dicens: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: Gaudere te oportet, quia hic filius meus mortuus fuerat, & revixit: perierat & inventus est: O quam beatum populum pro quo Christus mortuus est: quale gaudium pater portat, quando quod mortuum fuerat, reviviscit: & quod perierat inventum est: Ecce sanus iam factus es: noli peccare: ne tibi aliquid deterius contingat. Attende ergo unde occideris, & plange & age penitentiam: Si quo minus, venier Dominus tibi, & movebit candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris. Memorare fili Christum reliquise nonaginta novem justos, & quaevisse unum hominem peccatorem: & inventum in invio, humeris suis reportasse. Vel illam mulierem qua perdiderat drachmam: hoc est Ecclesiam hominum peccatorum: & accendisse lucernam, hoc est Christum, qui est lumen iustitiae: & illa inventa in fercore, convocasse amicas vel vicinas: id est Ecclesias gratulasse super inventum hominem peccatorem: & à fercore erectum collocaisse eum cum principibus populi sui: hoc est cum Apostolis & Prophetis. Ecce quid faciat penitentiam hominis peccatoris: qui dum in fercore jacet, cum principibus inventur. Penitentem hominem dico: qui diebus ac noctibus ingemiscit & peccata sua eleemosynis redimit. Penitentem hominem dico, qui plangit qua fecit malum: & rogat Dominum, ut etiam non faciat quod admiserat. Penitentem hominem dico, qui post concupiscentias suas non vadit & a voluntate sua se prohibet. Penitentem hominem dico, qui diligit quod ante neglexit, & quod fecerat oblitus. Adhuc hæc reant in te qua bona sunt: & que mala sunt deleantur. Si penitentiam non egeris, incides in manus Domini secundum magnitudinem ejus. Diverte a malo & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam: sicut scriptum est: Omnia mala, & quæsiva bona. Fac ergo dignos fructus penitentie: & non dixeris: non peccavi: & quid accidit mihi triste? Non adjicias peccatum super peccatum, & dicas, miseratione Domini magna est. Scito autem quod misericordia & ira ab illo est. Revertere ad Dominum, & plange dicendo: Tibi soli peccavi & malum coram te feci. Delicta juvenitis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris Domine. Ne avertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à servo tuo. Adjutor meus es tu Domine, ne derelinques me Domine, neque despicias me Deus salutaris meus. Ne projicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Sana animam meam, quia peccavi tibi. Libera me de ore leonis, & averte oculos meos ne videant vanitatem. Illumina faciem tuam super servum tuum: & salvum me fac in tua misericordia. Adhaesi testimonii tuis Domine: noli me confundere. Ne tradideris me in manus tribulantium me. Cufodi me Domine, ne ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. Peccatum meum cognitum tibi feci, & injusticias meas non abscondi. Confitebor tibi Domine Deus in toto corde meo. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non avertas faciem tuam à me, in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me. Fac mecum signum Domine in bonum: ut videant qui oderunt me & confundantur. Remitte mihi Domine ut refrigerer, priusquam abeam & amplius non ero.

Ecce penitentia hominis humiliantis se: quomodo veniam non habebit qui taliter ingemiscit? Quis non audiat illum & moveatur? Quoniam qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniuitate? Melius est te non vorare & reddere, quam vorare & non reddere. Penitentem te dicas, & carnis libidine delectaris. Peccata tua non definire ambulare, & tu dicas quod sedeat. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum super os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit nequitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum

detraheras: & adversus filium matris tuæ ponebas scandulum. Hec fecisti & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te & statuam contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliscimini Dominum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illuc est iter quo offendam ei salutare meum.

Ecce qualis communatio Domini in hominem peccatorem. Tu qui dicas, qui asseris te penitente: ubi est penitentia tua? Exclusa est per superbia & contemptum: sequi Deum prætermisisti. Audi fili, & retrahere pedem tuum de scabie, cui renunciasti. Penitente ergo de omni pompa iniquitatis. Apprehende fidem quam ante perdideras, ut consentires diabolo, & tenebre: & Dominum, qui lux est, post dorsum reliqueras. Memorare fili quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Miserebitur tibi Dominus: si haec cum legeris facias, & per obedientiam penitentiam sequaris. Verum si de toto corde penitentiam egeris: si Dominum pro oculis tuo, nisi penitentiam egeris. Memorare fili Christum reliquise nonaginta novem justos, & quæsisse unum hominem peccatorem: & inventum in invio, humeris suis reportasse. Vel illam mulierem qua perdiderat drachmam: hoc est Ecclesiam hominum peccatorum: & accendisse lucernam, hoc est Christum, qui est lumen iustitiae: & illa inventa in fercore, convocasse amicas vel vicinas: id est Ecclesias gratulasse super inventum hominem peccatorem: & à fercore erectum collocaisse eum cum principibus populi sui: hoc est cum Apostolis & Prophetis. Ecce quid faciat penitentiam hominis peccatoris: qui dum in fercore jacet, cum principibus inventur. Penitentem hominem dico: qui diebus ac noctibus ingemiscit & peccata sua eleemosynis redimit. Penitentem hominem dico, qui plangit qua fecit malum: & rogat Dominum, ut etiam non faciat quod admiserat. Penitentem hominem dico, qui post concupiscentias suas non vadit & a voluntate sua se prohibet. Penitentem hominem dico, qui diligit quod ante neglexit, & quod fecerat oblitus. Adhuc hæc reant in te qua bona sunt: & que mala sunt deleantur. Si penitentiam non egeris, incides in manus Domini secundum magnitudinem ejus. Diverte a malo & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam: sicut scriptum est: Omnia mala, & quæsiva bona. Fac ergo dignos fructus penitentie: & non dixeris: non peccavi: & quid accidit mihi triste? Non adjicias peccatum super peccatum, & dicas, miseratione Domini magna est. Scito autem quod misericordia & ira ab illo est. Revertere ad Dominum, & plange dicendo: Tibi soli peccavi & malum coram te feci. Delicta juvenitis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris Domine. Ne avertas faciem tuam à me, in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me. Fac mecum signum Domine in bonum: ut videant qui oderunt me & confundantur. Remitte mihi Domine ut refrigerer, priusquam abeam & amplius non ero.

CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Demir quis hanc Epistolam Hieronymianam admiscerit, prodigia cujusdam balbuentie, & modis omnibus talem, ut Joviniani videri posset, quantum subdorari licet ex his qua dicitur Hieronymus ex illius commentariis recensuit.

DE DIVERSIS GENERIBUS
leprarum.

ADMIRABILE divina dispositionis examen: quæ exhiberi sibi Deus ac deferri voluit, magno confilio & solerti scientia ac ratione mandavit. Diversa enim hominum moribus genera naturarum: diversis statutis præceptorum sententias gubernari. Aliis enim imaginarium legis opus, quasi sub veritate color depinxit. Aliis corpus ipsius veritatis declaravit. Quos enim obvolutos adhuc mundi caligine, ad comprehendenda ea qua germanæ erant ac solidi perpendit: eis observantia ordine suspenso, subtili quadammodo examine fusuravit: quos autem comprehendere posse absolutum prædicationis Carmen agnoscit, eis Deus perfectam harmoniam solide vocis intonuit. Inde est quod figuris & ænigmatibus lex præsa depingitur, quoniam dum infirma Judeorum aries habetur, & candidum scientie claritatem vigore inspiciendi lumen non habent, necesse est ut in variis figuris figurorum color adhibetur. Nam illis & virtutum præmia supposita spe promittuntur: & peccatorum nota inveniuntur in corpore. His enim confirmantur alii, quibus alii transferuntur. Præfens lectio exigit hujusmodi ferre sermonem: quæ diversa leprarum genera deprehendenda in diversis materiis designavit. Alia enim lepra in parietibus demonstratur, alia humano notatur in corpore, alia in vasculis, alia in veste, alia designatur in stamine. Deinde que in hujusmodi vulneris loco, crebra æ varia pellicula depuntur. Quid enim dicam? Tot sunt genera quot colores, alia pallida, alia tetra, alia rubicunda. Deinde si homines lepra, quod est in situ naturæ virtus, polluantur, quid hi faciunt, qui gravioribus morbis corporum pragavantur?

Sed age jam videamus genera leprarum, ut medelarum causas agnoscere atque probare possimus. Si fuerit, inquit, lepra alba vel rubicunda, five tetra, vel pallida, vel si florens, air, hoc est tot corpore decurrent. Nam est detefabilis lepra, qua omnino mundari non possit. Est & qua facilem habeat mundationem. Alia quoque adventitia: alia innata deprehenditur: Quæ omnia nisi spiritualiter sentiantur: rationem intelligentiæ simplicis non admittunt. Nam di-

vina sapientia, legis sui profundum in hujus extrema seculi regione, quasi templum suo nomine consecratum, intra civitatis alterius moenia collocavit. Cujus confractio atque opus quavis magnificum videatur, interior tamen aditus non omnibus referatur. Multi enim mirantur ornamenta vitorum: sed interioris scientiæ aditus referare non possunt.

Quare oranda est divina dignatio, ut pulsantibus nobis, intelligentiæ patescat ingressus. Jubetur igitur diversa leprarum genera fæcios templi diligenter inspicere, atque earum habitus, vel colores, pleniori consideratione deprehendere. A coloribus enim lepra refertur posse agnoscere: quos tamen ad peccatum magis animæ, quam ad morbum corporis manifestentur pertinere. Diversi enim colores, diversas animi indicant maculas. Cum igitur pallida lepra conspicitur: languens & ægra fides animæ denotatur. Cum autem rubicunda deprehenditur, mens furiose atque iracundia inflammatæ & homicidii crux resperga cognoscitur. Cum vero alba, tunc hæreticorum fucata & male munda conscientia condemnatur.

Sed alia lepra in capite: alia oriri perhibetur in barba. Sunt enim hæretici qui Deum Patrem videntur tantummodo blasphemare: ut Manichei, qui non solum eum factorem denegat mundi, verum etiam malorum profiteretur esse autorem. Hi sunt qui lepram in capite portare videntur. Caput enim, inquit Apostolus, viri, Christus est. Quæ vero lepra in barba portatur: hi sunt qui blasphemare videntur in filium. Christum enim in adventu præstimo, perfecti viri ævum agentes, quasi tricenaria artis virilites decoravit. Sed & si tetra, inquit, & livida fuerit: quid aliud quam lividum & livoris maculæ excerdantur? Si autem, ait, nigra fuerit lepra, fumo utique idolatriæ & sacrificiorum nidoribus est notata. Si autem, inquit, florens lepra fuerit, & coopereretur omnem florum maculationis à capite usque ad pedes: visu sacerdotis dijudicabitur. Videbit, enim sacerdos: & ecce lepra coopererit omnem pellam corporis, & mundabit illum sacerdos à maculatione, quoniam in album mutabitur.

In hac lepra quam quasi albam & florentem designat: diversa crimina varie deprehendit: quia cum mundis vita voluptas, quasi candida & florens existimat: tum grave vitorum contagium graffatur in corpore. Nam aut avaritia, aut libidinis macula perpeftescunt. Sed hanc lepram citò dicitur mundari. Avaritia enim crimen facile curare potest, qui conversus ad Dominum, & ea quæ possederit indigentium almonia ministraverit: ita ut Dominus in Evangelio ait: Verum date elemosynam, & ecce omnia vobis munda sunt. Libidinem quoque celeriter mundare poterit, si jejunis frequentissimis & abstinentia corporis retinuerit. Sed his omnibus mendem per sacerdotem præcepit Dominus adhiberi. Dicit enim est lepra qua sacrificiorum oblationibus emundetur. Aliam vero quam aquæ facilius abluant: nec non & qua extra castra posita mundetur. Esse quoque lepram asserit: quæ mundari omnino non possit.

Horum igitur secundum figuram graviorum peccatorum crimina congregantur. Alia sunt que ante baptismum videntur esse commissa: quæ tamen per gratiam baptismi diluntur. Alia vero que post lavationem baptismatis perpetrantur: quæ five graviora, five minora peccata sunt, vilia tamen fæcios emundantur. Quodcumque enim modicum delictum fuerit, potest à sacerdote omnino relaxari. Quæ autem graviora sunt, disciplina debente Ecclesiastice regule & oratione purgari. Quæ vero infanbilis sunt, Deo judici reservantur. Et inde est quod in hoc loco ait: Unumquemque secundum quod haberet propriam curationem, sacrificium offerre debet: id est, unusquisque secundum quod se deliquesce cognoget, five per carnalem concupiscentiam, seu per idolatriam, seu perjurio, seu mendacio, quasi leprose vitis intelligit maculatum: prout poterit, Deo sacrificare non desistat. Sed dicit genus est lepra, quod omnino mundari non possit: & ideo hujusmodi homo extra castra jubetur expelli. Hoc est sane crimen, quod admittitur in Spiritum sanctum, blasphemie scilicet, sicut ipse Dominus in Evangelio ait: qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque hic, neque in futuro.

Adjectum autem scriptura divina, lepram esse in vasculis, lepram in parietibus, lepram in vestibus, lepram in stamine: sed quomodo in his rebus lepra esse possit, penitus ignoramus.

Tom. V.

qua quia vita carent, etiam sensu carere necesse est. Sed ego arbitror cum in parietibus domus lepra esse referatur, hæreticorum perfidiam notari. Quid enim non polluitur, ubi adulterina doctrina blasphemia predicatur? Ideo hanc lepram fæcios jubetur a parietibus emundare, ut Catholice veritas doctrina, maculosa hæreticorum verba depellar. Cum autem lepra in vasculis dicitur esse, proprii corporis delicta monstratur. Vafa autem hominum corporibus comparat Apostolus: Habentes, inquit, thesaurum hunc in vasculis fæcilius. In stamine autem quomodo lepra esse potest, nisi quia stamine anima hominis fidelis designatur? Quæ cum tentationibus, ut fufum filiorum tenuitate torqueat: firmioris virtutis soliditatem constringatur.

Stat ergo anima ut densissimum stamen erecta: corporis vero sensus ut trama stamini subjacebit. Et ideo etiam in trama lepram esse designat: quia alia corporis, alia animæ peccata significat. Sed quid pro mundatione leprarum, aut duo agni anniculi, aut tortilla olei, aut duas gallinas jubentur offerriri? In duobus ergo agnis, duo Christi significantur adventus, in quibus credere oportet, ut emundari à lepra peccatorum prie mereamur, unum cum venti & passus est, aliud quo est venturus in gloria. Sed vitulum, inquit, offerat: hoc animal genere, gentes crucis Christij go subjugandas esse demonstrat. Duas gallinas, animam indicate videntur & carnem. Sed unam, inquit, gallinam occides, alteram aqua ablues & dimites. Caro utique in passione jubetur occidi: anima vero qua per naturam aeternam morti videtur esse subiecta: abluta aqua baptismatis a criminibus relaxari.

Sed & lignum, inquit, cedrinum. Impurum hoc lignum genus esse, nemo est qui nesciat. Ergo per cedrum, incorruptam mentem & stabilem fidem voluit ostendit, Hyssopum autem preces orationesque demonstrat. Sed & coccum, scilicet martyri gloriam manifestat. Qui mediocris est, ait, quod valer afferat: id est, si quis non omnes divitias celestium est charismatum consecutus, vel potest & si minimum Deo devotionis sue deportare obsequium. Ut si virginitatem quis obfervere non potuit, unius conjugis saltet castum cubile custodiat: vel qui martyri trophaeum non valuit reportare, fugax se præfudit Deo fervet invictum. Et olei, inquit, tollatum offerat, utique misericordia gratiam: etiam si clarissimam sanctimoniam faciem præferre non valuit, lucernam saltet fidei non extinguat. Videtur ergo dilectissimi fratres nullam esse tam exiguum spiritalis gratia paupertatem, quæ ad offerendum sacrificium Deo non quamcumque possit lamentatione oblationem offerre.

CENSURA EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Quid venisset in mentem divo Hieronymo, ut eadem de rebis scriberet? Quanquam totus sermo claret, alium hujus Homilia autem.

DE DUOBUS FILIIS, FRUGI
& luxuriolo.

MNIUM quidem de scripturis questionum absolutio illi soli ita ut est, est nota qui dixit: Ego sum veritas. Nos autem oportet pia voluntate accedere, & speciali sensu ad inquisitionem divinarum scripturarum: scientes quod si aliquod vere invenierimus bonum desiderium mentis attente Deo: inter fines beatitudinis ejus erimus: de qua dicitur: Beatus vir qui impletus desiderium suum. Qualis autem sit hujus concupiscentia species, adjeccio beatitudinis facilè declarat audire volentibus, id est, prudenter audiētibus. Quod si non poterimus ad plenam veritatem ipsius intelligentiam pervenire: nec tamen sic longe erimus ab illa beatitudine, quam capiunt qui implent desiderium suum. Neque enim si non ceperimus id munus, cuius praestandi potestas in alterius manu posita est, reprehensionem sufficiemus: sed si in his quæ agere præcipimus pareamus, præmium laudis justæ adipiscimur.

Quoniam ergo omnimode demonstratum est, non solum nullius periculi, sed & plurime utilitatis esse scrutari divinas scripturas: disquiramus illam Evangelii parabolam, que est de patre & duobus filiis. Nam unus rei causa & de ove & de muliere comparationes nobis contexto ordine supra recitata sunt. Quaritur ergo quis ille senior sit frater,

O ij

qui ex dimidio datum sibi paterna substantia potionem custodivit: & inseparabilem cum patre suo vitam agere dicit.

Quis vero junior qui accepta similiter ex patre substantia, profectus est in longinquam regionem: & profligatis illuc omnibus partis sua facultibus ad inopiam redactis, porcos alienos pascere coactus est. Sed & qualitatem penitentiae ejus non omittamus, & latrificati patris promptam remissione modestamque pietatem, qui revertenti filio discessione praeter levitatem: & dissipata substantia flagitia non exprobatur: sed venientem clementer suscipit, & occurrentis salutat, & gratulans osculatur, incumbens requiescit in eo: & vitulum illum saginatum pro latitia recepti filii epulandum immolar. In quo compunctus senior frater, dicit patri &c. Haec quae per partes digesta sunt, expositione vestris sensibus intimabit. Necesarium enim est ante omnia percunctari causam, pro qua, & quid volens de propensis Salvator ostendere, huiusmodi de parabolis Iudeis aptaverit. Si enim vobis causa talium comparationum patuerit: tunc ea que de ipsis sentimus, an rationabiliter congruant veritati, facile dignoscitur.

Sunt itaque qui dicunt de duobus filiis ipsis, seniorem angelos esse & archangulos, vel omnem celi militiam. Minorem vero ponunt hominem, qui in longinquā peregrinatione abicit, quando ad terram de ecclis & paradise cecidit: & aptant quasi scientia respicientis ad casum vel statum Adam. Sed hic sensus plus quidem videtur. Nescio tamen si verus sit.

Dicit aliquis: quare? Quia minor filius & junior ad penitentiam venit sua sponte, recordatus præterite abundantia patris sui, sicut habet series letitiae. Dominus autem veniens, ad penitentiam vocavit humanum genus, cum sua sponte regredi unde ceciderat non cogitaret. Deinde senior filius, si chorus est cœlestium angelorum, ut prædictum est: quomodo in redditu & salute fratris sui, & in vituli immolatione triflatur? Cum in eodem Evangelio dicat Dominus: Lætitiam eis in cœlo apud angelos super uno peccatore penitentiam agentem.

Discutiemus ergo hujus parabolæ rationem, ut non illum alium intellectum vituperemus, sed magis ut cum sensu illo id quod nos sentimus, vestris dijudicandum arbitris conferamus. Jam enim causam exponimus, quam & Domini sermo subjungit: de superiori cauâ hanc parabolam introducens sicut prefati summi singularum in his parabolis personarum memoriam facientes. Murmurabant Iudei, & urebantur invidia, quod a Domino nostro Iesu Christo peccatores suscipi, simul etiam convivari, & publicanos libenter doctrinam salvatoris intendere viderant. Ad hanc ergo insolentiam Iudeorum aspiciens Dominus, quia reprehendebatur ab eis: incipit primam de pastore illam parabolam, ubi nonaginta & novem ovibus derelictis, ad unam qua aberraverat, requirendam abiit. Et subiecti huic aliâ parabolam de drachma decima, quam perditam intra domum suam accensa luerna mulier inventit.

Deinde hæc de filiis duabus parabola subsequitur, secundum dispensationem, & providentia divina ordinem, harum comparationum textum faciens. Nam quia ipse princeps & autor salutis nostra est, seductum hominem, & dolo diaconi perditum, salvare incipiens & perfectioni restituere: hoc est numero centesimo redire in quo perfectionis plenitudo numeratur: hinc initium comparationis facit. Subjungit autem & mulieris personam, arguens Judæos, docens autem Ecclesiam, & hominem quasi erraticam ovem diligens pastor inquirit: quem hominem drachmam nominat, propter monete regalis similitudinem: figuralter in drachma quæ pecunie genus est, quod illi tanquam nummo, imago & inscriptio regis cœlestis, insculpta sit. Querit ergo eam drachmam mulier, accensu lucerna & mundata domo inventit: hoc est, homo illuminatus verbo & misericordia Dei, gloriana natura sua in qua ad imaginem creatoris sui factus est, quam obscurata peccatis domo cordis, in tenebris cordis amitterat: emendatis sensibus reperit: & gaudio gaudent quod omnem immunditiam interioris aulae, studiis disciplinæ specialis abstulerit: & contractas anima de rebus & curis cœlestibus fortes, orationibus & increpationibus expurgatas excuserit.

Secundum prædictum consequenter annexit parabolam, de duobus filiis collationem, ut mihi videor facere: non de Iudeis transgressoribus, nec de gentibus perditis, sed populi eius, qui per patientiam redditur saluti, quem juniores si-

lium nominat. Seth, Enos & his juniores, qui ab Eva usque ad salvatoris humanum adventum, secundum justitiam legis viventes iusti videbantur. Ergo quod ait juniores & seniores, non in ordine temporis, sed in voluptatum qualitate, præponens se ei, qui non voluntarie, sed alieno dolo circumventus aberraverat, sicut ovis, hoc est irrationali animali imprudentem hominem comparans, sollicitudinem pauperis adhibens: ut quæcum oves perditam, & reportet inventam. Ei vero qui arbitrii sui libertate uitetur & recognoscit unde ceciderit, penitentia & reversonis utilitatem accommodat. Unde hæc inter parabolæ supradictas ratio distinctionis est, secundum personas vel mentes peccantium: ut pater filium non requirat peregrinante, sed recipiat penitentem. Pastor vero oves errantem, & non sapientem reverti, requirat & humeris suis referat.

Videamus nunc si consonent, quæ significata sunt ad hanc expositionem. Dicit scriptura: Dividere patrem ex æquo filiis duobus substantiam suam. Et quam substantiam hic evangelicus pater dividit filio spirituali, nisi sapientia intellectum, scientiam boni & mali, quæ vera & perpetua sunt opes animæ bene viventi? Dat autem hic pater dicitias suas ex æquo. Non enim quicquam aut iustus, aut peccator nascitur: sed quæ ex Deo est, in prima nativitate hominis portio substantia rationalis, aequaliter cunctis nascientibus datur.

De subseqüente autem conversatione unusquisque plus aut minus hujus substantiae possidere invenitur, dum in semetipsa per dissimilitudinem voluntatum negligentes deserunt: diligentes autem custodiunt, ut naturalis bona. Alius autem memorat, intelligens Domini Creatoris ea quæ à Deo Patre sumperit, ita ut sui ea patris esse credens, quasi paterna custodia. Alius autem sua ex se sibi esse astimans sicut propria possessionis licentia dissipandis abutitur, & cito profligata facultate privabitur. Describitur autem in ipsis & evidenter ostenditur libertas arbitrii, quam animæ rationali specialiter addidit creator Deus.

Vide ergo, pater iste quomodo nec illum volentem discedere retinet, nec liberi arbitrii auferat potestatem: neque alium manere cupientem cogat abfcedere: ne forte sequentium malorum, quæ postea his suo vitio accidenter, ipse potius auctor esse videatur, si illi libertatem propriæ voluntatis abscederit. Itaque & petenti dat, quia ex nobis, non a Deo inopinè & offensionis nostræ cauâ proficiscitur. Accipiens autem partem suam junior, peregre, inquit, abiit longe. Quod ait longe: non locorum intercedinem, sed declinationem mentis, exprefsit. Qui enim oblivionem Dei cœperit, hic vere peregrinari à Deo dicitur. Sicut è contra conversionem secularis non solum peregrinum, sed alienum Domino facit. Et ut breviter dicam, peregrinantes à seculo, præstam ad Dominum: sic etiam permanentes in rebus terrenis, à cœlestibus exilamus.

Denique Cain exiit à facie Domini & longe efficitur: non quia locus aliquis foris effet à conspectu Dei, sed quod sua mente divisius est à Domini conspectu, propter homicidium separatus à Deo. Hac ergo peregrinatione per magnam ignorantiam peregrinatos fuisse nos sciens beatissimus Paulus, dicit: Vos qui aliquando longe fuistis, nunc autem facti etsi prope. Hujusmodi ergo profectus peregrinationem junior ille filius assumit, & devorat prædictæ portionis sue de paternæ hereditate substantiam: utique spiritualibus defititus opibus, id est, providentia Dei & intellectu: cum porcos pascere cogitur, hoc est foridas & immundas in anima sua cogitationes nutritæ, ut ederet eas irrationabiles prævaræ conversationis: dulces quidem egredi bonorum, quia suave perversis videatur omne opus carnæ voluptatis: quod seductio desiderii & corruptio vite est, quæ virtutem & fortitudinem animæ, non modo nullam præstat, sed totum penitus energet & perimit. Hujusmodi cibos, quasi porcinos & male dulces, prout sunt dilectio carnium, illecebra, siliquarum nomine scriptura designat.

Itaque ille digressus à patre, & in longinquam peregrinationem profectus, in terra aliena consumptis facultatibus quæ supradicta sunt, omnia digna perperissus, & postea malorum suorum necessitate confritus: hoc est, & famæ & egestate, penitentia erroris sui: & sentit quid ipse sibi nocuerit, qui non de judicio voluntatis sua, sed de patre ad alienos, de domo ad exilium, de opibus ad elemosynam, de abundantia ad famam transierit: in hoc loco servitutis & miseria reminiscens,

incipit cogitare de redditu & secum ipse reputans dicit: Dicam patri meo: Peccavi in cœlum & in conspectu tuo, fulcipe me, sicut unum de mercenariis tuis. Ostendit scriptura hæc, patrem non hominem intelligi debere, sed Deum. Quandoquidem non solum cœlum nominat in confessione peccatorum penitentis supplex, sed dicit in conspectu tuo. Deus enim est in conspectu peccatorum omnium folus. A quo nec in corde meditata peccata abscondi possunt. Scrutans, inquit, corda & renes Deus. Verum nobis hoc ex loco, cœlum intelligitur Dominus noster Iesus Christus: ad quem hi gentiles qui in tenebris infidelitatis viventes blasphemaverunt, jam conversi ad fidem confessores veritatem Dei, in penitentia erroris sui iusti dicunt: Peccavi in cœlum & in te. Qui enim in cœlum peccat, quod est supernum fit, tamen visibilis & lunaticus est, ipse est qui peccat in hominem quem suscepit Filius Dei pro salute nostra. Proinde in patrem Deum omnia spectant peccata.

His igitur cogitatibus, resipicentem & per confessionis humiliatatem ex regione longinquâ remeantem filium ad se vivens pater, letatus occurrit, amplectitur & osculatur. Aperte hic charitas in homines divina describitur. Quid enim aliud est, quod occurrit, nisi quia nos peccatis impeditibus, nostra virtute ad Deum pervenire non poteramus. Ipse autem potens ad invalidos pervenire, descendit: sicut de Zacharo operibus ipsius significantibus exprimitur. Quod cum desiderasset videre Dominum, & ob hoc in arborem consenserit, præveniente Domino conspicitur, & vocatur, & illico Dominus in dominum ejus ad convivandum ipse declinaturum se esse promittit. Vide quomodo crediti fidei prævidens Christus, latenter in arbore, quasi in peccatorum tenebris obumbratum, sollicite ut oves perditam requirit aspectu: & venire cunctantem vocat, & venientem tamquam humeris suis fulcitur: & non audientis invitare Dominum, desiderantis tamen salutiferam benedictionem, peccatorum dominum ingreditur: conviviumque participat, ostendens visibili gratia invisibilem sanctificationem, quia Deus sapientia familiariter cor creditis ingreditur. Credentemque participat sacramento: ergo occurrens pater filio revertenti superfunditur collo ejus: & in eo lacrymans requiescit.

Osculatur autem os ejus, per quod emissa de corde confessio penitentis exierat: quem pater latet excepit. Deinde mox jubet & stolam primam proferri, id est prætinam gloriam, quam ex seductione diaboli nudatus amiserat, reddi: simul & annulum dari, sive signaculum salutis symboli, seu magis desponsationis insignis & nuptriarum pignus illarum, quibus Christus Ecclesiam suam sponsat: cum omnis anima resipiscens per annum fidei jungitur Christo. Mandat & calciamenta pedibus apponi: aut propter communia vestigia ad currentiam viam, ut per lubricum mundi stius iter fixus incedat: aut ut excluso in Evangelicis calciamenti carnae contagiosis luto, mundos pedes immaculata conversatione conferetur & dirigit: aut propter mortificationem membrorum. Vitæ enim nostræ curius in scripturis pes appellatur. Et mortificationis species calciamenti apponitur, quia de animalium mortuorum pellibus conficitur.

Addit & vitulum saginatum jugulandum in convivio exhibitione: fine dubio Dominum nostrum Jesum Christum, quem dedit pater in victimam pro salute nostra: Quem vitulum nominat propter hostiam corporis immaculati. Saginatum autem vere dixit: quia pinguis & opimus instanti est, ut pro totius mundi salute sufficiens sit odorem suavitatis & nitidum immolationis ad Deum mittere, & pro omnibus exorare. Propero quod etiam mystica ratione dictum est, patrem dare alios immolandum hunc vitulum, ipsiusque gaudere, & epulari in victimâ vituli sui. Sic enim dilexit pater hunc mundum, ut filium ejus unicum pro salute sua daret.

Non ergo ipse immolavit, sed aliis immolandum tradidit: emitente enim patre, confidenti filius ab hominibus passus est. Ipse autem qui fide nostra pascitur: & filii sui pro nobis immolatione lætatur & gaudet: & in redditu filii sui gaudens creator, acquisitione populi creditis epulatur. Videns hinc letitiam patris senior filius contristatur. Hujus persona illis comparanda ascerbitur operaris, qui similiter in Evangelio post operationem vineæ ad Dominum murmurant, quod illis tota die in operis labore confectis: illos qui ad duodecimam horam venerant, precio meritis æquasset: ad quos dicit ipse conditor omnium? Si ergo ego bonus sum, quid tu malus? Quod

autem hi sunt qui ad duodecimam venientes qui ex gentibus salvabuntur, Joannes aperte clamat: Filiali novissima hora est.

Nihil autem differre videtur utrum duodecima, an nonnullissima hora dicatur. Qui sunt autem hi qui murmurant, qui laborem & astum tota die portaverunt: nisi qui iustitiae legis egerunt, & servitutis antique pensum reddiderunt? Vide autem quam aperte sint verba quæ à patre dicuntur: ut ab his qui in lege vixerint dicta videantur. Quid enim est quod de agro veniens dicit: Nisi significans de legis operibus venientem, & in his gloriantem: & quasi diuornos labores imputantem. Unde ait: Mandatum tuum nunquam præteri: & non dedisti hædum pro me, ut epularet: hoc est, ne peccatorum pro nostra requie dediti. Qui enim, inquit, fecerit quæ legis sunt, vivet in eis: qui non fecerit, punietur ex ipsis.

Pro isto autem qui forniciatus est, etiam saginatum, inquit, illum vitulum dedit: id est, filium tuum dilectum: sicut supra diximus. Sed quid ei responderet pater: Tu semper mecum es, oportuit autem pro isto gratulari qui perierat & inventus est: mortuus fuerat, & revixit. Ostendens in hoc verbo manifessè hominem, qui peccando vita excederit, & & obnoxius mortificatus fuerit, ex reversione autem salutari per penitentiam in adoptionem filii redierit. Bonum autem hominem, qui manserit in bono, hæreditatem paternam jupiter possidere. Itaque si peccaveris ô homo, festina liberando reconciliari Deo: ut ex mercede pudoris & dignæ penitentia, recipias quod ex gratia donatum tibi perdidisti. Praesertim autem Deus magis permanentes vos in fide coheredes esse Domini nostri Iesu Christi: quia ipse est gloria & virtus, cum Patre & Filio & Spiritu sancto, per omnia facula feliciorum. Amen.

Prima series secundi Tomi finis.

ERASMUS ROTERODAMUS PIO
lectori S. D.

In hanc secundam hujus tomî seriem segregavimus alienam quædam, sed tamen suis prænotata titulis, itaque fecimus: quod partim non videbentur quidquam ad ea quæ divus Hieronymus scripsit pertinere, velut opus Augustini de origine animalium: partim quod verbosaria videbentur, quam ut bis onerandum esse letorem putarentur: velut illa quæ magnis voluminibus Ruffinus deblastiter in sanctum Hieronymum: prorsus indigne que servarentur, nisi ex his paulo clarius intelligeretur eloquentissimi doctoris Apologia. Bene vale.

SECUNDI TOMI SECUNDA SERIES,
in qua aliena suis titulis continentur. Paulinus
Sebastiano Eremita.

ANCTO & merito dilectissimo fratri Sebastiano: Paulinus & Therasia in Christo Domino salutem.

Benedictus est Dominus Deus Israel qui elegit te, & aspergili in vas electionis sue, & segregavit ab utero matris antiqua, & dedit tibi pennas columbae: ut ab hujus sœculi strepiti procul avolans diceret: Ecce volavi fugiens, & mansi in solitudine. Quamvis tua solitudo non sola sit: quæ non deferat est, sed secreta: & ab hujus mundi tenebris defolata, à Dei lumine frequentetur: & a demonibus furentibus fugiatur, atque ab angelis gaudentibus excolatur. ipse Dominus Deus noster donavit nobis, licet longi intervallo distantibus, appropinquare tibi in dilectione per odorem bonum notitia tua, quam per fratrem in Domino charissimum Victorem accepimus: qui nobis & opus propositi tui, & secretum tabernacula nunciavit, quia veterum sanctorum strenuus amulator, super torrentem tibi gratissimum: sicut illi quondam filii Prophetarum Eliseo duce super Jordanem, pacificam mansionem & spirituallia castra posuisse: & diaconus tibi frater Benedictus Sareptana illius Sunamitidis oblique ministraret. Beatus ille cui mandavit Dominus, sicut uni volatilium cœli, ut te sicut Eliam ad torrentem secrete sedentem, panibus pietatis pasceret: & ad cellulam tuam assiduis super hac ministratione vestigis, velut ad arcam Noë fructiferum pii germinis ramum afferens columba revaleret.